

lo. Quod si id præstat, ut constanter
asserit Cardanus, Arcanum mirifi-
cum & in comparabile mihi videtur.
Sed nondum experiri licuit in de-
ploratæ salutis pauperculo in Nofo-
comio aliquo, sed probabile admo-
dum est.

DE OLEO VIPERINO.

CAP. XXIV.

OLEUM Viperinum
à recentioribus, ut
pinguedo, efficax
ad multa, & variè
parari solet, & à
principio in peste
inungendum esse,


mirabilemque vim habere assererat
Alexander Massaria Vicentinus. lib.
2. *Mirum in modum laudabatur à Jo-*
anne Andernaco coment. 2. de Me-
dicina veteri & nova, dialogo 8. Ex
vipereis oleum sic conficitur. R. Vi-
perarum nigrarum libras tres, olci

E 2 fesa-

sesamini sextarium unum cum dimidio, in vase vitreato, angustioris, probè obturati, ne vapor inde exhalet, incoquantur donec caro ab ossibus decidat, deinde ubi refrixerint reponantur: Cutim expurgat, & impetigines, & alia id genus vitia sanat, affectis partibus penna illitum, distinctione duodecima comentarii cuculatorum in Mesuem, ubi multa ex Avicenna & Serapione congesta sunt. Manardus serpentes nigros pro viperis nigrioribus interpretatur, & hoc modo paratur. Viperæ assæ numero quatuor, demptis prius visceribus caudis & capitibus, ut moris est, veru transfixæ, & ferventes in olei optimi defæcati veteris libris quatuor, & sic obturato vase demittatur spatio sex dierum infundi, postea in duplici vase ebullitione facta non levi, vyperas cum duabus aquæ vitis unciis, ac toto oleo, in quo prius infusæ fuerant, eò usque iterum decoquantur, quosque aqua vitis evanuerit;

ET FACULTATIBUS. IOI

erit ; refrigeratum oleum colo per-
coletur ; salis albi optimè contriti
uncia indatur , & garyophyllorum
contritorum æqua portio , ad dra-
chmas duas, & obturato vase ad usum
recondito, loco frigido & sicco. Vas
verò sit figulinum, liquido vitro ob-
linitum. De oleo igitur sufficiat,
quod dictum est hucusque.



DE SALE VI.
perino.

CAP. XXV.

SAL viperinus, eadem fe-
rè promittit, si cum ob-
soniis assumatur, quæ ca-
ro viperina præstare pos-
sit, ex quo sale accidit nonnunquam
squamas, seu scabiem quandam ex
cute elephanticorum decidere. Aë-
tius sermone 13. cap. 123. utique asse-
rebat elephanticos adintegrum The-
riacis salibus, eos quotidie ex liqua-